



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

Annus 1665.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436

Episcopus Monasteriensis graviter colli-
ditur cum Hollandis ob ademptum Eyde-
rum castrum Emdensi in Frissia Comiti,
eosdem inter & Anglos jaciuntur semina
belli in mari per mutuas navium prædatio-
nes.

Die 15 Decembris captus videri in celo
ingens Cometes, cauda oblonga coloris
plumbei, occasum & septentrionem versus
protenfa, tardus in principio & fine, velox
in medio.

ANNUS 1665.

Romæ Divis adscriptus ab Alexandro
VII. Franciscus Salesius, Gebennensis
Episcopus.

In Gallia jussi à Rege Episcopi & Eccle-
siastici universi subscribere intra tres men-
ses Bullæ Alexandri VII. contra Jansenistas;
Hugonottæ verò vel esse Catholici vel esse
ab officiis & artibus exclusi: Censura Sor-
bonæ adversus librum de infallibili Ponti-
ficis autoritate à Clero Gallicano fortiter
repressa, scriptum quoddam, in quo Rober-
tus Sedis Apostolicæ Nuntius sibi assererat
Pontificis delegati titulum apud Regem &
regni ordines publicè apparitoris manibus
laceratum. Arma Batavis sub Comite Pra-
dellio

dellio adversus Anglos, & Episcopum Monasteriensem sociata.

Parisiis exceptus honorificè à Rege & Regina Pater Dominicus Ottomannus, Ordinis Præd. frater Imperatoris Turcarum & primogenitus Ibrahimi, qui anno 1644 captus fuerat ab Equitibus Melitensibus, cū Sultana Matre in itinere versus Mecham.

Dux Eboracensis frater Caroli Anglorū Archithalassus, conterit classem Batavicam. Victori applausit Londinū festivis ignib⁹.

Ab Hispanis rursus conclamatum ad arma adversus Lusitanos, sed improspere. Ad villam vitiosam castris exuti, fusi, fugatique, desiderarunt equites 2400. pedites 6000.

In Polonia factioni Gallicæ fortiter se opponit Lubomirskyus Dux confœderatorum, sed à majore numero regionum obtutus cedere vi & temporis tantisper cogitur.

Mors Philippi IV. Hispaniarum Regis secuta 17 Septembris fidem fecisse visa est auguriis, quæ ex ultimo Cometa nonnulli traxerant. Successor acclamatus Carolus II. puer quadriennis sub tutela & administratione Matris & 6 Magnatum.

Pressit vestigia Philippi ex eadem Domo Austriacâ Sigismundus lineæ Tirolensis ultimus.

Par fatum subiit Carolus Dux Mantuæ, relicto ex Clara Eugenia Austriaca hærede unico Ferdinando Carolo puero tredecenni.

Inter Sinas obiit dierum & meritorum plenus P. Joannes Adamus Schall Soc. Jes. Germanus, patria Coloniensis, postquam per annos 43 labore & fructu incredibili de-
fudasset in propaganda & excolenda Ecclesia Sinensi. Tanti nominis fuit apud eas Gentes, ut ipse Chinarum Imperator, quem vel videre in grandi ponitur felicitate, dignatus sit sæpius demissa tantisper majestate ad ejus ædes divertere. Defuncto parentavit ritu splendidissimo submissus ab Imperatore Mandarinus.

ANNUS 1666.

TEntata est à Venetis hoc anno Cydonia, ut Turcæ ab obsidione Candiaæ diverterentur; sed insultu inutili, quem tamen paulò post compensavit præda duodecim navium plenarum com meatûs, quâ classis Venetæ Præfectus in Maliaco sinu potitus fuit. Candia præterea novo milite firmata adversus Barbaros.

Hollandi ope Gallorum pacem extorquent ab Episcopo Monasteriensi, non tamen victoriam ab Anglis, à quibus ad oram

Tamesis